Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Epistola ad Thymotheum II

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

Item tymotheo scribit de exhortatione
martirij et omnis regule ueritatis.
et quid futurum sit temporibus nouissi
mis. et de sua passione scribens ei ab
urbe roma. Incipit epistola secunda ad Thymo
theum.

Paulus apostolus
xpisti ihesu
per uolun
tatem dei se
cundum
promissio
nem uite
que est in xpisto ihesu. timotheo karissimo
filio. gratia. misericordia. pax. a deo patre et xpisto
ihesu domino nostro. Gratias ago deo cui seruio
a progenitoribus meis in consciencia pura. quod
sine intermissione habeam tui memori
am in orationibus meis. nocte ac die.
desiderans te uidere. memor lacrimarum tu
arum ut gaudio implear. recordationem
accipiens eius fidei que est in te non fi
cta. que et habitauit primum in auia tua
loyde. et matre tua eunice. certus sum
autem quod et in te. Propter quam causam admoneo
te ut resuscites gratiam dei que est in te per
impositionem manuum mearum. Non enim dedit
nobis deus spiritum timoris: sed uirtutis et dilecti
onis et sobrietatis. Noli itaque erubescere
testimonium domini nostri. neque me uinctum
eius. sed collabora euangelio secundum uirtutem dei
qui nos liberauit. et uocauit uocatione
sua sancta. non secundum opera nostra. sed secundum propo
situm suum et gratiam que data est nobis
in xpisto ihesu ante tempora secularia. mani
festata est autem nunc per illuminationem
saluatoris nostri ihesu xpisti. qui destruxit
quidem mortem. illuminauit autem uitam.
et incorruptionem per euangelium. in quo positus sum
ego predicator et apostolus et magister gentium. Ob
quam causam etiam hec patior. sed non confundor.
Scio enim cui credidi. et certus sum quod potens
est depositum meum seruare in illum die.
formam habens sanorum uerborum que a me au
disti. in fide et dilectione in xpisto ihesu. bonum
depositum custodi per spiritum sanctum qui habitat
in nobis. Scis hoc quod auersi sunt a me omnes
qui in asya sunt. ex quibus est phyletus et
hermogenes. Det misericordiam dominus onesifo
ri domui. quia sepe me refrigerauit et cath
enam meam non erubuit. sed cum rome ue
nisset sollicite me quesiuit et inuenit. Det
illi dominus inuenire misericordiam a domino in illa
die. Et quanta ephesi ministrauit mi
chi tu melius nosti.

II Tu ergo fili
mi confortare in gratia que est in xpisto
ihesu. et que audisti a me per multos teste
s hec commenda fidelibus hominibus qui ydo
nei erunt. et alios docere. Labora sicut bonus
miles xpisti ihesu. Nemo militans deo. im
plicat se negotiis secularibus. ut ei pla
ceat. cui se probauit. Nam et qui certat in
agone. non coronatur nisi legitime certa
uerit. Laborantem agricolam oportet primum de
fructibus percipere. Intellige que dico. Dabit
enim tibi dominus in omnibus intellectum. Memor
esto dominum ihesum xpistum resurrexisse a mor
tuis ex semine dauid. secundum euangelium meum in
quo laboro usque ad uincula quasi male
operans. sed uerbum dei non est alligatum. Ideo
omnia sustineo propter electos. ut et ipsi sa
lutem consequantur. que est in xpisto ihesu cum
gloria celesti. Fidelis sermo. Nam si commor
tui sumus et conuiuemus. si sustinebimus et conre
gnabimus. Si negauerimus. et ille negabit
nos. Si non credimus ille fidelis permanet. ne
gare seipsum non potest. Hec commoneo testifi
cans coram deo. Noli uerbis contendere. nichil

enim utile est nisi ad subversionem audi-
entium. Sollicite cura te ipsum probabilem
exhibere deo operarium inconfusibilem rec-
te tractantem verbum veritatis. Prophana et
autem et vaniloquia devita. Multum enim
proficiunt ad impietatem et sermo eo-
rum ut cancer serpit. Ex quibus est hymene-
us et phyletus qui a veritate exciderunt dicentes
resurrectionem iam factam et subvertunt quo-
rundam fidem. Sed firmum fundamentum dei stat
habens signaculum hoc. Cognovit dominus qui
sunt eius et discedat ab iniquitate omnis
qui invocat nomen eius. In magna autem
domo non solum sunt vasa aurea et ar-
gentea sed et lignea et fictilia et quedam qui-
dem in honorem quedam autem in contumeliam.
Si quis ergo emundaverit se ab istis erit
vas in honorem sanctificatum et utile domino
ad omne opus bonum paratum. Iuvenilia
autem desideria fuge. Sectare vero iusticiam
fidem caritatem pacem cum hiis qui in-
vocant dominum de corde puro. Stultas
autem et sine disciplina questiones devita
sciens quia generant lites. Servum autem
domini non oportet litigare sed mansuetum esse
ad omnes docibilem patientem cum
modestia corripientem eos qui resistunt
veritati. nequando det illis deus penitentiam ad
cognoscendam veritatem et resipiscant
a dyaboli laqueis a quo captivi tenen-
tur ad ipsius voluntatem. II

Hoc autem scito quod in novissimis diebus
instabunt tempora periculosa. et
erunt homines seipsos amantes cupidi
elati superbi blasphemi parentibus non
obedientes ingrati scelesti sine affectione
sine pace criminatores incontinentes
inmites sine benignitate proditores pro-
tervi tumidi voluptatum amatores
magis quam dei habentes speciem quidem pie-
tatis virtutem autem eius abnegantes.
Et hos devita. Ex hiis enim sunt qui pe-
netrant domos et captivas ducunt mu-
lierculas oneratas peccatis que ducuntur
variis desideriis semper discentes et num-
quam ad scientiam veritatis pervenientes. Que-
admodum autem iannes et mambres restiterunt
moysi ita et hii resistunt veritati ho-
mines corrupti mente reprobi circa fidem
sed ultra non proficient. Insipientia enim eorum
manifesta erit omnibus sicut et illorum
fuit. Tu autem assecutus es meam doctrinam
institutionem propositum fidem longani-
mitatem dilectionem patientiam persecuti-
ones passiones qualia mihi facta sunt
anthyochie yconio lystris qualis
persecutiones sustinui et ex omnibus me e-
ripuit dominus. Et omnes qui pie volunt vi-
vere in christo ihesu persecutionem patiuntur.
Mali autem homines et seductores profici-
ent in peius errantes et in errorem mitten-
tes. Tu vero permane in hiis que didicisti
et credita sunt tibi sciens a quo didiceris
et quia ab infantia sacras litteras nosti que te
possunt instruere ad salutem per fidem que
est in christo ihesu. III

Omnis scriptura divinitus inspira-
ta utilis est ad docendum ad arguendum
ad corripiendum ad erudiendum in iu-
sticia. ut perfectus sit homo dei ad omne
opus bonum instructus. Testificor co-
ram deo et christo ihesu qui iudicaturus est
vivos ac mortuos et adventum ipsius et
regnum eius predica verbum insta oppor-
tune importune argue obsecra in-
crepa in omni patientia et doctrina. Erit enim
tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt
sed ad sua desideria coacervabunt sibi ma-

gistros prurientes auribz. Et a ueritate
quidem auditum auertent. ad fabulas
aut conuertentur. Tu uero uigila. in omnib
labora. opus fac euangeliste. ministe
rium imple. sobrius esto. Ego enim iam
delibor. et temp' mee resolutionis in
stat. Bonum certamen certaui. cursum
consummaui. fidem seruaui. In reliquo
reposita est m corona iustitie. quam red
det m dns in illa die iust' iudex. non
solum aut m. s; et hijs qui diligunt
aduentum eius. Festina uenire ad me
cito. Demas enim me dereliquit. dili
gens hoc sclm. et abijt tessalonicam
crescens in galatiam. tytus in dalma
tiam. Lucas est mecum solus. Mar
cum assume et adduc tecum. est enim m
util' in ministerio. Tythicum aut misi
ephesum. Penulam quam reliqui troa
de apud carpum. ueniens affer tecum
et libros. maxime aut mebranas. Alex
ander aut erarius. multa mala m
ostendit. Reddet ei dns scdm opa eius.
Quem et tu deuita. Valde enim restitit u
bis nris. In prima mea defensione nemo
m affuit. s; omnes me dereliquerunt.
Non ill' imputetur. Dns enim m astitit
et confortauit me. ut p me predicatio im
pleatur. et audiant omis gentes. quia
liberatus sum de ore leonis. Liberauit me
dns ab omni ope malo. et saluum faciet m
in regnum suum celeste. cui est gla in secla
seculorum amen. Saluta priscam et aquilam
et onesifori domum. Erastus remansit
corinthi. trophimum aut reliqui infir
mum mileti. Festina aut hyeme uenire.
Salutant te eubolus et pudens et lin
et claudia et fres omis. Dns ihc xpc cum
spu tuo. Gratia uobiscum. Amen.

Explicit ep'a ad thimo. ij. In
cip plog ad epistolam ad
Tytum eiusdem. Titum
commonefacit et instruit de constitu
tione presbiterij. et de spirituali conuersa
tione. et hereticis uitandis qui in scrip
turis iudaicis credunt et scribens de
nicopoli. Incipit ep'a ad Tytum.

Paulus seruus
dei apls aut
ihu xpi. scdm
fidem electorum
dei et agnitio
nem ueritatis
tis que scdm
pietatem est
in spem uite eterne quam promisit qui non men
titur ds. ante tempora secularia. mani
festauit aut temporibz suis uerbum suum
in predicatione que credita e m. scdm p
ceptum saluatoris nri dei. tyto dilecto
filio. scdm commune fidem. gra et pax a
deo patre et xpo ihu saluatore nro. Hui
rei gra reliqui te crete ut ea q desunt cor
rigas. et constituas p ciuitates pbros. sic et
ego t disposui. Siquis sine crimine e. unius uxo
ris uir filios hns fideles. non in accusati
one luxurie aut non subditos. Oportet enim
epm sine crimine ee. sicut dei dispensatorem
non superbum. non iracundum. non uinolentum. non
percussorem. non turpis lucri cupidum. s; ho
spitalem. benignum. sobrium. iustum. scm. con
tinentem. amplectentem eum qui scdm doc
trinam est fidelem sermonem. ut potens sit
exhortari in doctrina sana. et eos qui con
tradicunt arguere. Sunt enim multi inobedientes.
uaniloqui. et seductores. maxime aut
qui de circumcisione sunt. quos oportet redar
gui. qui uniuersas domos subuertunt.